

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Samuel Bohl Christoph Wunnius

Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...

6 :

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770610633>

Band (Druck) Freier  Zugang 

C LC - 1871 1-15.



1825.

RB
Receipt wider die rehni. artz
auf podagru.

Receipt. 4
1 Saffronan
2 Jasmin. Salicornia
3 Zinz und Wein.
4 mit der saften, Wunder zinn und flüssigem Kraut
Karnas eignet sich bei Fiebern

DISPUTATIO SEXTA
PRO FORMALI
ERVENDO PRIMVM
in explicatione
SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quam,

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensi publico Docto-
rum examini subjicit*

CHRISTOPHORUS WUNNIUS

Warnens. Megapolitanus.

*Habebit in Auditorio majori ad dictm 19. Augusti
horis pomeridianis.*



ROSTOCHJ,

LITERIS NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XXXVII.

CHRISTIANUS EXTRACTUS
PRO FORMA
ERAVENDO PRIMUM
SCRIPIVIT SACRE

DOMINUS

BRASIDE

M. SAMUEL BOHL

CHRISTOPHERUS WINNIUS

ROSTOCKENSIS

ROSTOCI

LUDVICO RICCIUS

ACADEMIA ROSTOCENSIS



Nordinario Scrutinio progre-
dens sumo primum vocem **הָרְךָ**, cuius for-
male dico esse *conspicuum fuit*. Num hæc for-
ma expressè in Scripturâ continetur
nec ne, parum curo, quanævis eam dare pos-
sem. Nam non respiciendum est in hoc scrut-
tandi genere ad tertiam personam præteriti
conjugationis primæ tantum, sed ad 3. literas,
quæ formam non tantum in verbis, sed & in nominibus repræsen-
tant.

2. Hæc forma verificatur in omnibus vocibus, quod ut probam
semper presuppono, & hic semel pro semper præmonere volui. Si-
gnificat ergo *nituit*, *splenduit*. Unde Job dicit **בְּהַלּוֹ כִּרוֹ** Luther.
Da seine Leuchte über meinem Haupte schien quando conspicuum
erat **D**eu **M**ducere me ex magnificientia in magnificientiam, quando
principes & seniores me reverebantur. Rabbi Salomo **לְשׁׂוֹן אָזֶר** Nihil enim magis est, per
רַאֲשֵׁר הַוְּה פָּאֵר נָרוֹ וּשְׁבָרָה Ralbag
quod conspicuum reddi queat aliquid nisi Lux, unde Germani dicunt:
Ans Eeche bringen. Quid sit statuendum de loco alio in Jobo, ubi
Bildad dicit **הַז עֲרָח וּלְאַיָּהוֹל** dicam publicè.

3. Ex hoc fundamento & ex hac significatione dicitur in Esaia
Quomodo cecidisti de celo Lucifer. Nam Rex Babel, qui ibidem
in oratione quarta Esaiana est objectum tractationis, maximè con-
spicuus rex erat seu Imperator præ reliquis omnibus terræ Dominis,
dicitur autem cadere de Cœlo, cum deturbatur ex sua majestate, nam
scimus pro formalí suo habere *excelsum*, demonstravi in disputa-
tione quadam precedente.

4. Postmodum significat etiam *laudavit*, forma quadrat, quem
enim laudo, eum conspicuum reddo, ex hoc vel illo fundamento,
בֵּית קְרָשָׁוְנִי וְתִפְאָרָתָנִי אֲשֶׁר חַלְיוֹן &c.
unde dicitur in Esaia Domus sanctitatis nostræ & decoris nostri, in quo te laudarunt ma-

iores nostri laudarunt. e. conspicuum reddiderunt. Nec opus esse
duco multis locis Scripturæ id ipsura confirmare, cum & in aliis lin-
guis id certo suo respectu obtinere videatur. Ein berühmter Mann/
vir clarus & conspicuus, omnibus quasi ob oculos versatur sive id fiat
amore vel invidiâ, parum interest, forma quadrat. Placet tamen pro
haec significationis ratione producere locum ex lege, cum ita scriptū
est. **ובשנה הרביעית והוה כב' פרו קודש הלוים דגודה**
Lutherus. Im vierdten Jahr aber sollen alle ihre Früchte heilig vnd
gepreiset seyn dem Herrn super quæ verba Rabbi Salomo ita com-
mentatur אשר אנו נאכל חוץ לרשותם אלא
כפריזן אף אה בן ורבר זה הלוים ליוון הה טמושו אן
קדוש הלוים כם לשבח ולהלל רשותי
A quo non dissentit etiam Aben Ezra in suo commentario super hunc locum
קדוש הלוים טם והן יאכל נ. Nam ut ad formale meum redeam; so-
lemniter laudabatur Dominus ob fructus novos, & ita conspicuus
reddebatur, in hoc & ex hoc puncto, sive cum hos fructus in anno
quarto tulerint in templum Domini juxta sententiam & Judæorum
& meam; sive reliquerint eos in suo loco, ramen dicebantur esse
קדוש הלוים &c.

5. Multa sunt loca quæ hujus significationis robur confirmant,
at placet descendere ad alia, & ut transiliam ea, quæ cum laude habe-
re videntur commercium, transibo ad significationem visam maxi-
mè oppositam.

6. Dico ergo **הולד** significat etiam *insanus, stultus* sive *brutus*
sive & quæ his correspondent & ad indecorum vel vile nimis vor-
gere videntur. Hinc in Jobo scriptum est: Et Judices רזולל, ubi
vox **הולד** sane non significat laudavit sed inglorium reddidit.
Vere enim hoc opus divinum est, ut cum illi qui iudicare debent, bruta-
ria publicant decetas, & contra justitiam mandata & leges promul-
gant, tandem inglorii reddantur, sicuti hodie in Germania exempla
satis copiosa id testantur.

7. Quaris autem, quî haec significatio materialis quadrat cum
forma, R. Optimè stam in Scriptura haec significatio talibus applicatur,
ubi recte dicere queam conspicuus est in stultitia, nam scenti
dico conspicuus est in decore, ita etia vi oppositionis, cum de genere
-am in ritebus etiologis nigh non possit. & ratione ista formaliter loquo-
rur.

loquor, dicere possum, conspicuus est in stultitia. Sic dicitur in Psalmo
אָכְרַתּוֹ דָּלֶת אֲלֵהֶלְךָ Dixi stultis, nolite stulti esse, ii qui
erant jam noti in stultitia, ipsis dicebam nolite pergere &c. Ad simi-
lem formam dicit Jeremias; Et bibent & cespitabunt & conspicuos
se reddent in dedecore &c.

8. Hinc in Esaia in oratione tertia arbores viles dicuntur etiam
נְדָלוּתִים in quibus confessuræ prædicuntur apes & muscæ, quas si-
bilo advocaverat Dominus, & si quæ alia sunt, omnino ad hanc for-
mam reducantur, necesse est.

9. Radix רַיְבֵל significat in formalis suo palatium. Forma hæc
nominis solitaria non est, nam similis est in voce אַיְרָן in materiali
significatu significat templum Jerosolomitanum, quia illud diceba-
tur rectè palatium D E I Isräelis, qui ibidem habebat servos stantes
in atrii.

10. Formalis significationis exemplum est in Proverbii, ubi
הַיּוֹכֵד מֶלֶךְ palatia regis nominantur. Sic dicitur in libro primo Re-
gum, quod Naboth habuerit vineam vicinam palatio Achab &c.

11. Materialis autem significationis exempla satis etiam sunt
multa in Scriptura. Nam in Malachia dicitur, quod Dominus sit ven-
turus ad templum suū, quod erat secundum, quod expre-
sse reædificandum dicitur הַיּוֹכֵל. Hodie autem in N. T. potest etiam
fota Ecclesia dici הַיּוֹכֵל postquam certus & uni regioni alligatus lo-
cus esse desit. Sed hæc facilia sunt, nam in Jeremia expreßè ter re-
petitur וְהַיּוֹכֵל וְהַיּוֹכֵל.

12. Radix עַלְמָם in formalis suo significat absconditus fuit, for-
ma hæc inde in Scriptura Sacra est conspicua, sic in historia
Reginae Saba dicitur לא נִלְמַד בְּכָר מְשֻׁלָּמָה & in aliis sat mul-
tis locis.

13. Num adhuc materiales significationes in verbo hoc occur-
rant, ut scrutemur videtur esse supervacuum, sufficit enim cum
dantur me posse formam hanc applicare, incidit autem jam locus
ex Jobo הקּוֹרְדִּים מִן קָרְחָה עַלְמִים יְהֻלָּם שְׁלָג. Qui tristes
sunt seu qui timent gelu aut pruinam super ipsos cadet nix, Luther,
Doch welche sich für dem Neffen schewen / über die wird
iii der

der Schne fallen. Ergo מִתְעַמֵּל hic significat cadere. R. Optimè omnia, ut forma quadrat, nam nix non ita cadit, sicut cum ebrius de scala deturbatur sed & semper operiendo se & occultando cadat. Hinc elegantissimus modus iste dicendi est in Jobo, ubi similes & modus rei, describitur in una voce, quod & alias fieri posse alibi demonstravi. Tentet aliquis & contempletur nivem cadentem, stet per horam, quæ cecidit occultatur, & sic in cæteris.

14. Hinc descendit מִתְעַמֵּל & עֲלֹמָה virgo & juvenis, qui dicuntur tali nomine, quia adhuc sunt absconditi nec prodire debent, unde mos veterum solet allegari, ubi in primis detentæ sunt domi virgines, ut possint dicere: casta virgo sum nec ὑπερέβη τηρειον οἶκον allegante hæc Schindlero, sicut apud Germanos econtra etiam eine weit vnd breit gewandert vnd versuchte Jungfrau Virgo cautæ dici solet. Potius autem puto denominationem hanc esse à latendo vel ab absconditionerū, nam sicuti meritò Cani loquuntur, ita juvenes ob imperitiam & rerum occultationem seu absconditionem taceant. Res autem sunt variae, vel quæ pertinent ad scientiam divinam, vel politicam vel naturalem &c. Unde etiam מִתְעַמֵּל virgo dicitur, quæ virum non cognovit, cui adhuc abscondita sunt ea, & quæ adhuc ipsa ab iis quasi est abscondita.

15. Talis מִתְעַמֵּל recte dicitur virgo Maria, quæ ad Angelum dicebat, *Virum non agnoso* q. d. Virgo sum, ubi autem pariunt virginis? Talem virginem proponebat Deus Achaz, Nam Achaz in oratione tertia Esiana dicebat, Quomodo ergo possum liberare meam Regiam videlicet Jerusalem, cogor mittere legatos ad Regem Assur, qui Israélitas & Syros occupantes torum meum regnum expellat. Respondet. Si virgo potest parere & manere virgo, quod alias est absurdum, etiam civitas tua manebit virgo & intacta &c.

16. Quod autem Judæi putant ex Proverbii dari contrarium exemplum, valde dubium est, & contra optime virginitatis nomen urgeli potest à nobis, qui ex contextu & re ipsa de re judicamus. Pono casum, Hyppolitus juvenis amat filiam Sebastiani, hic via Hyppoliti est in filia Sebastiani, veniat filia Sebastiani ad Fabianum vel alium quendam, nec hic nec iste nec alius quidam cognoscit viam Hyppoliti in virgine, eodem modo sicut viam serpentis in petra, navis in mari,

mari, aquilæ in cœlo, nullum enim relinquit post se vestigium, nam
in relictione vestigij hic convenient. Hiccine, Judæi, necessarium est,
ut dicam **העלמה** significare juvenculam uxorem, nam ea esset vel
propria vel aliena, aliena non est, sed propria, nam ea opponuntur. Si
propria, an non via juventis mariti est in juveni maritâ? Maximè, ac
non ita ut in hoc loco describitur via, cuius non relinquitur vestigium
vel detur omnino. Nam filia Sebastiani ne novisse quidem potest
Hyppolitum, & tamen ejus via in ea esse potest, quam nec ea nec a-
lius quidam per vestigare potest. Ergo omnino, cum nullibi **העלמה**
sumatur extra tales significationem, in Esaia est virgo & non uxor
juvencula pariens.

17. **עולם** etiam cum forma probat, est enim tempus vel
quasi absconditum, unde aliquando sumitur pro seculo, ita ut di-
cam: Hoc seculum est in quo vixit iste vel iste. Longum tempus in-
quo facile res occultantur, Imò etiam **D E o** solet quandoq; tribui. Sed
quicquid sit, publicè omnium dabo rationem, quæ hinc descendunt,
sive enim ego neminem sive non, cum forma debent convenire.

18. Radix **כבר** significat formaliter *gravis fuit*, Forma hæc satis
est conspicua. Sic dicuntur graves oculi Jacobi &c. Et ut patiem me
expediām, dico, materiales significationes bene posuit Schindlerus
his verbis: *Quantitate aut qualitate*.

19. Hinc omnes significationes materiales sub hac forma **כבר**
contenta rectè applicari possunt, sive contineant ea *numerum* sive
divitias, donorem, gloriam. Sic in significatione numeri dicit Job
ירכברו בנו ולא ורע Mortuus nescit, num multiplicentur filii ejus
vel num minuantur. Alia quæ hinc descendunt, *omnia quadrante*
optimè.

20. Radix **כין** in formalis suo significat *administravit, inmate-
riali administravit officium Ecclesiasticum* & ita significat *Sacerdos
fuit*, vel *administravit officium politicum* & significat *Dux, princeps
fuit*. Dicas hic, cur non significat etiam *administravit officium
sutorium, sartorum vel mercatorum*, quia & illa politica sunt, re-
spondeo, nunquam extendenda sunt materiales significationes ul-
tra prescriptum Scripturæ sacræ, nam aliud habet formale ars suto-
ria & sartoria, aliud mercatoria, illud enim consistit in filo, hinc in
Syriacâ

Syriacā lingua formatum nomen consuendi, ut in N.T. Syriacē legimus, & Rabbini מִתְבָּרְכָה vocant sartorem & sutorem, sed hæc obiter.

27. Ad rem redeuntes dicimus ipsam formam cum sua materia in lege Mōsis satis esse fundatam, Unde in Exod. 28 dicit Deus ad Mōsen de Aharōne & filiis ejus: Et sancte segregabis ipsis ut serviant mibi ut administrarent mibi officium, quale autem hoc fuerit, docet contextus nempe in administratione sacra.

22. De administratione politica nec est quod dubitemus cum filii Davidis expressè vocentur כֹּהֵן מֶלֶךְ sic, etiam hoc nomine vocari arbitror Jethro sacerdotum Mōsis, qui dicitur כֹּהֵן מֶלֶךְ num ipse Jethro fuerit Sacerdos vel princeps Midian, si Judeos consulere velis, dicent fuisse principem. Nam Targum explicat per רַבָּא דְּכָרְנִי sic & in capite præcedenti secundo cum dicit textus Hebraicus כֹּהֵן מֶלֶךְ Targum explicat per רַבָּא דְּכָרְנִי sic & Rabbi Salomo vertit per רַבָּא דְּכָרְנִי Quicquid autem dicatur ab his Judeis, ego arbitror hunc non tantum ibideam fuisse ducem & Dominum Midian sed & sacerdotem. Nam antea in primis annis obtinebat jus primogeniture & Regnum & Sacerdotium quod præsertim Jacob ante mortem distinguebat, quando Josepho primogenituram, Iudeū Regnum, Levi autem Sacerdotium donabat, quod ipse habens de jure divino filiis suis concedere poterat.

23. Duplicem eam personam sustinuisse Melchisedechum, constat ex Genesi, qui erat Rex Salem & Sacerdos Dei excelsi, cum quo in Epistola ad Hebreos confertur Messias Dominus noster, sed hæc sunt clara, nec ulteriori opus habent indagine.

24. Unum autem adhuc antequam ab hac radice abeam, monabo. In Esaia dicitur כְּחַרְנִי Lutherus: Wie ein Bressigamb mit Presterlichem Schmuck gezieren. Sicut Sponsus, וּכְחַרְנִי coronam, Quid hic dicendum Lector, nam juxta formam meam, versio ita erit formanda, sicut Sponsus qui administrat coronam. Sed omnis difficultas exulabit, cum consideraverimus vocis genium accuratius, sacerdotum הַלְּבָד erat ordinarium & necessarium, hinc desumitur modus dicendi & applicatur ad Coronam vel sertum Sponsi, quod necessario sponsus existens debebat sibi impunere, sicuti suum ornatum sacerdos necessario debuit sibi applicare in ministerio.

Et

25. Et si quæ sunt alia quæ hinc descendunt cum forma omnia
debent quadrare, sicuti videmus in כְּהוֹנָה ex quibus & alia multa
visa incommoda in Scripturæ explicatione salvari queunt.

26. Vox קַרְשָׁן attenuandi formam habet, unde Job dicit אָבָנִים
לְשָׁחָקָן lapides attenuant aquæ, ubi tale argumentum vult
formare, neminem qui mortuus est posse reviviscere, & ut præcavea-
tur suspicio durioris nimis dicendi generis, dicit: Sicut mons cadens
nunquam sit iterum mons, sicuti petra ex loco suo semel remota
nunquam pristinum locum occupat, sicut id, quod ex stillicidio est la-
pidi ademptum, nunquam eidem iterum superadditur, sicut pulvis
terræ, qui ex inundatione aquarum est deportatus, nunquam in lo-
cum suum venit, ita & homo non in vitam reducitur, at quomodo?
naturaliter, nam alias omnia exempla essent falsa, unde in prioribus
verbis dicebat, Non resurgent, donec cœli, id est, Deus resuscitaverit.

27. Descendunt autem hinc diversæ visæ significaciones pulvis כֵּל
Cælum, significatio pulveris occurrit Elaiæ 40. ubi dicitur de pulvere
bilancium, cum quo conseruntur homines, significatio cæli vel aëris
Esa. 45. At hæc quam etiam diversa esse videantur omnino conveni-
re debent in forma, ex quibus judicent homines de felici successu hu-
ius scrutinij, cum maximè visæ diversa sub unam formam reduci pos-
se deprehendunt, nec sesquipedalibus verbis apud alios potentiam
suam impediendi hæc, quamvis autor eis ne id quidem cum ejus ge-
neris homuncionibus centum in unum mortarium contusis additis
etiam pro succo materiam facilitante mille & viginti quinque mona-
chis cappatis, tribuat, sed eorum tacite, speciali solamine locutus com-
miscreatur, deprædicent, convenient autem sub forma hæc diversa
ita, pulvis dicitur ab attenuatione & comminutione, si comminuas
lapidem, pulvis sit, si terram, pulvis sit, & sic in cæteris. Cœlum teste
Schindlero à tenuissima substantia, quod ad oculum si insituti ratio
permitteret, demonstrari posset. Nec enim opus est demonstrare quo-
modo etiam apud Caldæos Calvitium sub hac forma ob tenuitatem
criniū comprehendatur, toti enim sum⁹ in dando formalis Hebraico.

28. סְפֻחָנִי in formalis suo significat congregavit, adjunxit unde au-
tor concordantiarum כָּה שָׁחוֹא קְבּוֹץ וּרְבּוֹק Forma hæc expres-
se continetur in primo libro Samuelis cum dicitur de prosapia Eli,
quod venturum sit tempus in quo cogatur venire & dicere סְפֻחָנִי נָא

אַחֲרָה כְּבָנָה adjunge' me quiaſo unioſ officiolo. Subſtitue
mich doch oder ſchieb mich mit ein/d; ich auch ein Amtſtichen beſtome
vnd Priester Brodt eſſe / quod ibidem pro poena habebatur, hodie
eſt virtutis politica. Et alia loca ſatiſ ſunt fortia, quaſ hanc significatio-
nei conſirmant.

29. Deſcendentia ab hac voce optimè cum forma quadrat ut
pote ספִיח/**ספִיח**/quod duo in primis ſignificata, ut notatur, habet (1.) Spon-
te renatum ex terra. (2.) decidua vel ſtillicidia aquæ, Puto omnino
ad ſecundam ſignificationem dediffe anſam locum quendam Jobi
לְעֵבֶר אֶל־תְּרוּפָה ſpīra Lutherus: vnd die Tropfen ſloken die
Erde weg. Forma ita quadrat, cum dico ספִיח ſide pluvia dicatur, no-
tare id, quod pluviae adjungitur, vel ex congregatiōne pluviae manat,
ut forte profluviū in viis & in montibus, quod ſane tollit ſecum
pulverem terræ. ספִיח quatenus ſpontē renatum notat, ut videmus
& in posteriori Regum & in Eſaia, ita quadrat, ut notet adjunctionem
prioris anni, ut videmus fieri in illis agris qui hoc anno non exculti
præcedentis anni culturæ præbent veſtigia. Quod de ſcabie adhae-
ſente dicitur ſub hac formā ſatis bene quadrat, dum ipſi met Docto-
res vocant eam adhærentem.

30. Meminijam, me in proximo. præcedentis diſputationis ex-
amine publico promiſſe formam רְבָר t̄z hanc dico conſiſtere in an-
dinando unde expreſſe in Psalmo dicitur: Tu es ſacerdos in æternum
לְמִרְחֵי מֶלֶךְ צֹר juxta ordinem Melechisdeck. Haec forma
etiam in ipſo verbo occurrit in Scriptura Sacra, ſicuti ex diſcurſu
publico patebit.

31. Deſcendamus ergo jam ad materiales ſignificationes ubi inter
alia ſignificat locutus eſt, dixit, Forma quadrat, quia ſermo eſt ordina-
tio certarum vocum ad conſtituendum ſenſum, vox ordinatio certa-
rum conſonantium & vocalium ut audiatur articulatus ſenſus. Id
quod non tantum patet ex communi ſenſu, ſed & ipſa ratione. Solet
etiam hinc deſcendere רְבָר ſignificans, verum quomodo res
ipſa concordet, quivis videt. Et multa alia ex hac radice deſcendunt
vocabula, quaes miram videntur habere cognitionem, at uti-
tur, ego enim Deo volente dabo rationem in diſcurſu publico. Jam
ut properem ad alia digrediens hoc ſantum hic nōto, quod ab hac
radice

radice descendens *pestis*, & *deseritum* in cuius reductione aliquod mysterium latere arbitror, à formalī hoc abhorreat, prævideo omnes difficultates, at ecce jamdū solvi.

32. **סְנִיר** *sunt*, eduxit aliquid à *spontaneo*, unde eum dicitur de Ecclæ, quod sugere debeat lac gentium, notantur gentes voluntariè ad regnum Messia venientes, omniaq; sua fecum portantes, omnia hic sunt facilia, surculus dicitur יָונֵק vel יָוֹנֵק quia ab arbore attrahit succum, ex quo nutritur, unde abscessus in surculum improprie nomine hoc gaudere arbitror.

33. **גַּדְלָה** patuit, et relatus fuit, materialis significatio est in captivitatē iuxta, unde & גַּדְלָה captivitatem notare videmus, Forma convenit, quia qui vi in captivitatem ducuntur, dentudantur, ut pateant ipsorum res, aliquando corporis aliquando bonorum, &c. Corporis ut in Esaia & aliis prophetis, cum dicuntur vel virgines vel alios demandandos esse, *bonorum*, cum ipsa pro triumpho publice geruntur ab hostiis ut in triumphis Romanis videmus. Transfertur etiam ad simplicem abitionem ex loco in locum &c. In Esaia גַּדְלָה dicuntur vestes tenues quæ fuerunt in uia apud Iudeas uxores, sicut hodie dicitur Flor &c. Et si quæ sint alia, omnia inquam cum haec nostra forma convenire necessum est.

34. **גָּלָח** rast significat in formalī suo, & in hummo, gans unde gar hinweg nehmen, unde dicuntur in monte אֶת הַר אֲהַנוּ נָמָנָה בְּמִזְרָחָה שְׁבָרוֹת בְּעֵבֶר קָמָה בְּפֶלַךְ אֲשֶׁר אֲשֻׁחָאשׁ בְּמַעַרְךָ adendi significatu multa notata digna, verum postquam modo recte data est forma, quibus ea sibi colligere potest.

35. **נְבָל** in formalī Suo significat *vigore suo naturali destitutus fuit*. Unde legimus in Jobo וְאַוְלֵמָה רַכְבָּי בְּלִי Et sane mons cadens, *vigore suo naturali destituitur*, nec naturaliter redit ad suum esse. Quid autem hoc erat in monte. R. Montem esse. Nam mons, cum cadit, terra maneat at non ita mons, qui aliud formale obtinet. Sic in Psalmo primo dicitur de foliis arboris quæ non destituuntur succo suo naturali, esse succus naturalis vigor naturalis est in foliis, sic in Esaia נְבָל צִץ. Terra cum status ejus pristinus non conservatur, sed corruptitur, Unde de nostra Pomerania & Megalopoli recte dicimus נְבָל צִץ nam non crescunt & virent, sed flaccescunt,

cum peregrini agricultorū modum excolendi male docti eas occupare
cooperunt. Eodem modo dicitur de exercitu cœlorum בָּבֶל &c.
Ex hoc fundamento dicitur diluvium קַבְלִי quia ibidem omnia
suum vigorem naturalem perdebat vel potius amitebant. Qui mo-
riebatur in aqua amitebat statum vita & sic in cæteris. Cadaver,
etiam suam denominationem habet נַכְלָה quia quomodo id suum
pristinum vigorem amiserit communis docet experientia. Instru-
mentum Musicum ex hac forma fluens quadrat, non tam ob id quia
instrumentum dicitur rusticum à multis & ita cum significatione
statim tradenda convenit sed quia lignum materia ejus debuit esse
arefactum, ut hodie videamus in nostris instrumentis Musicis & ita
succo suo naturali destitutum.

36. Significat etiam hæc radix *stultus fuit*, quia stultus succo
quasi naturali ingenii destitutus esse videtur. Unde Germani di-
cunt: Er hat kein Gehirn im Kopff. Imo stultus ille est, qui agit &
meditatur sine ratione, quæ est succus rerum gerendarum. Quales
ubivis in magna copia videmus, quibus solone est hoc contradic-
tio axiomaticæ aiorum implere. Non intelligo quidem hæc,
at nihilominus ego udicabo, & certè dico, hoc vel malum vel bonum
esse. Risum teneat amici; Ex hac significatione denominatur
נַכְלָה unde forsitan *nebulos*, nam revera nebula est in su-
premo gradu, qui contra conscientiam bona impedire & mala sine
ratione promovere vult, qualis erat Nabal in deserto, qui nove-
rati Davidis profuisse suo gregi. Et si quæ sunt
alia omnia ad nostram formam.

Plura in subsequentibus.



The image shows a white rectangular ruler or calibration card resting on a page of aged, yellowed paper with handwritten Latin text. The card has several sets of black markings: a top section with vertical bars and numbers 1 through 6; a middle section with horizontal bars and the same numbers; a bottom section with diagonal bars and the same numbers; a central large black square; a scale bar labeled '15mm' at the top right; an angle indicator '30°' with a small square containing '1-2' and 'III-IV'; a scale bar labeled '60mm' at the bottom left; and three circular patterns at the bottom right. The background text is in a cursive Gothic script and discusses topics like agriculture, flooding, and death.